



presentis uitae uniuersitas designatur. Tunc magis ostenditur cum post eum quoque & iam octonarius subinfertur; septenarium quippe cum adhuc alius sequitur. Ex ipso eius augmento exprimitur quod finiendatempora aeternitate concludentur. scriptum est, da par tem septem nec non & octo. p septenarium quippe numerum hoc quod xii. diebus agitur presentis tempus expressit. p octonarium uero uitam pp&uam designabit. Quam tamen sua nobis dñs resurrectione patefacit, dominico scilicet die resurrexit, quidum diem septimum id est sabbatum sequitur a condicione octauus inuenitur; In annorum curriculo septenarius numerus septies multiplicatus, monade addito, ad quinquagenarium ducitur ut pp&uam beatitudinem signans. Jubel sacrasissima requies obseruatur. septenarius numerus apud sapientes huius saeculi quadam sua ha

becur ratione pfectus quod ex primopari & exprimo impari consummatur; primus enim impar, ternarius est primusque par quater narius ex quibus duobus septenarius constat. Quaeisdem partibus suis multiplicatus in duo denarium surgit. Nam si uis iii. p uis seu iiii. p. iiii. ducimus, adduodenarium puenimus. Nos quia sup nomine ueritatis pdicamenta psumus, haec fixa scientiae altitudine despiciendo calcamus; hoc proculdubio inconcussa fideretinentes, quia quos sp̄s gratiae septiformis repleuerit p̄ficit. Eisque non solum trinitatis notitiam, sed & iam uirtutum quattuor id est prudentiae temperantiae fortitudinis acque iustitiae operationem prebet.

XVIII DE ANIMA
 HUIUSQUE SENSIBUS